Sub Actu Feriæ secundæ post Festum Visita-
tionis Gloriosæ Virginis Mariæ Anno 1651

71

Kalinowski Debitum

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Andreas olim Francisci Kalinowski de Kalinowo Grosnego hæres sanus mente et corpore existens palam et libere recognouit. Quia Nobili Alberto olim Philippi Kalinowski de ibidem hæredi et ipsius posteris summam certi veri et liquidi debiti mutuatæq[ue] peccuniæ octo sexagenarum polon[icalium] pro festo Sanctæ Margarethæ Virginis et Martyris prox[ime] venturo parata peccunia soluere se de omnibus bonis cum posteris suis submittit ac inscribit Sub vadio simili aliarum octo sexagenarum polon[icalium] in casu pro tempore præfixo non solutionis ad soluendum irremissibiliter succumbendo. Et coram officio præsenti Castrensi Capitaneali Branscensi in primo citationis Termino tanquam peremptorio peremptoria mansione ac reali et effectiua satisfactione omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis legalibusq[ue] impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores [illegible] abscribendo et abrenunciando.

Zareba Gieraltowska Reformat

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus præsenti comparens Nobilis Joannes olim Petri Zareba Districtus Lomzensis incola a Foro suo proprio et iurisditione quauis competenti recedendo et huic se Castrensi Capitaneali Branscensi incorporando palam et libere recognouit Quia Nobili Heduigi filiæ olim Nobilis Joannis Gieraltowski consorti suæ legitimæ Ratione veræ dotis post eam acceptæ et in bona sua importatæ in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium in hæreditate Zareby et alibi [illegible] locorum consisten[tium] nunc habitorum et in post fauente Diuino Numine habendorum et acquirendorum summam veri dotalicij sexaginta floren[orum] polon[icalium] et addotalicij Decem floren[orum] polon[icalium] inscribit assecurat et reformat dotaliciatq[ue] more et iure aliarum reformationum et dotaliciorum hoc in Regno Poloniæ obseruari solitorum.

Zarzeczki Filio Donauit

Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Stanislaus olim Nicolai Zarzeczki sanus mente et corp[ore] existens palam publice ac libere recognouit. Quia Nobili Paulo Zarzeczki filio suo legitimo et ipsius legitimis successoribus bonorum suorum mobilium et immobilium in hæreditate Zarzeczkie Iszenskie ac Dambrowa sitorum videlicet totam et integram sortem eundem filium suum inter alios fratres legitime post decessum sui recognoscen[tem] concernen[tem] cum areis hortis agris pratis campis syluis borris rubetis ædificijs omnibus paruis et magnis subditis eorum vxoribus pueris gazis censibus dierum laboribus totaq[ue] substantia et supellectili domestica nec